

LAVORAZIONE  
CANCINO  
(MANTOVA)  
TOSCANI



R. P. D.

D'AVELLA

TUSCANEN.

Emendationis Damnorum

Luna 4. Martii 1835.

Sista Brunacci per privatam Syagropham diei 5. Junii 1824 vendidit Philippo Anselmi per la lavorazione del Cancino corticem sexcentum Suberam esistenti nella Mandra posta nella Tenuta di Pantalla Territorio di Toscanella, et vendidit pretio scut. nonaginta sub solidali di-

de iussione viri Josephi Valeri, et Laurentii nata majoris  
 ex suis filiis. Die autem 5. Decembris Insequentis anni  
 1825 aucto pretio ad scuta centum supra triginta emit  
 ab eisdem Anselmius suberes omnes per tagliarsi, e bru-  
 gliarsi ad uso di Potassa, emissa per venditores declara-  
 tione = di aver ricevuto altri scudi 40 in saldo di tutte le  
 piante che sono in detta Mandra, che restano a favore  
 del suddetto Signor Anselmi per tagliarsi dal fondo, et  
 emissa etiam obligatione = esser tenuti al rimborso della  
 somma ricevuta in caso di proibizione di detta lavora-  
 zione. Licet autem Anselmius omnes suberes arbores  
 emisset, non nisi tamen quam pro certa quantitate retu-  
 lit cessionis veniam a S. Congregatione, qua salutis pu-  
 blicae preest. Sed pretergresso ab iocisribus numero  
 praestitato processum illico in Anselmiam fuit. Retulit  
 hic suas querelas ad Eminentissimam a Secretis status,  
 qui indicta in Anselmiam molesta sunt. quinquaginta praec-  
 cepit = che non sia ulteriormente molestata riservate pe-  
 rò prout, et quatenus de iure avanti il Giudice compe-  
 tente la ragioni de' Proprietarii de' Fondi per l'emenda  
 de' danni, che abbiano potuto risentire coll' eccessività  
 del danno.

2 Ut lucrum ab hac reservatione iurium Sista referret, quæ  
 heres interim defuncto viro extitit, utens privilegio no-  
 tissimæ legis Unic. Quando Imperator rapuit Anselmiam  
 apud A. C. ad formam resolutionis supremæ Secretarie  
 Status habite in Causa Criminali videndum mandari sol-  
 vi summam scut. Sexcentum, et decem octo debitam in  
 reintegrationem damnorum pro arbitraria recisione facta  
 in Mandra omnium, et singulorum Arborum = Hæc  
 factæ damnorum actioni alteram adfecit super nullitate  
 contractuum. Sed Iudex eadem Sententiâ, qua causam  
 super nullitate contractuum firmam apud se retinuit,  
 adhæsit petitis per Anselmiam, cum non teneri ad refe-  
 ctionem damnorum. Ad S. Ordinem mulier provocavit  
 proposito dubio = An sit locus refectioni damnorum in  
 casu etc. Sed quia mali juris conceia abfuit a Iudicio,  
 responsum pro Informante prodit.

3 Nec diversa esse poterat Patrum Sententiâ, licet sua jura  
 mulier protulisset. Agebatur enim de damnorum actione,  
 quæ cum plena sit odii atque asperitatis, rejicitur semper,  
 ni probationibus omnium limpidissimis constet tum de  
 damno illato, tum de nullo jure inferentis, quia ut in-  
 quit Textus in leg. 51. ff. de Reg. Juris = Nemo damnatum  
 fecit, nisi qui id fecerit, quod facere Jus non habet, et  
 consonat tit. 66. ff. eod. text. in leg. 13 Is qui ff. de in-  
 jur. leg. 3. tit. 6. ff. de incendiâ ruina, et S. Ruy. in decis.  
 222 n. 5. tom. 5. nuper. in Rom. seu Portuen. damnorum

16 Jan. 1788. f. 2. cor. *Malvonia in Senogallien. seu Veneta Executionis Requisitionarium super Actio. Dubio* 27. Febr. 1824. f. 3. cor. *Resti* sicut dicitur in allegato m. l. cor.

- 4 Erat autem ipse veridenticum datum passum fuisse Sista a facta per Anselmum arborum arborearum cessione, quam suo jure utrum fuisse Anselmum in his cedendis. Exhibitis namque contractibus diei 5. Jani 1824. et diei 5. Dec. 1825. exploratum in facto erat, Sista vendidisse Anselmo tutte la piante esistenti nella Mandra per tagliarsi, e bruciarsi ad uso di Potassa. Cum itaque ob expletam venditionem esse arborum desissent in Sista dominio, atque in Anselmum fuissent translate, per se patebat, nullam ab eorum, succisione, damnum fuisse mulieri illatum, suoque jure in his succidendis usum fuisse Anselmum, ita ut danda in eam minime esset actio legis Aquiliae Arborum furtim cesarum, qua tenetur non qui suas, sed alias arbores cesit.
- 5 Facilo hinc prospiciebatur, quam male in primordiali libello fundamentum actionis sue posuerat Sista super asserta resolutione edita a Secretis Status, quæ præter multam sent, quinquaginta Anselmo indempnam reservata fuerunt prout, et quatenus de jure avanti il Giudice competente la ragione dei Proprietari de' Fondi per l'emenda dei danni che abbiano potuto risentire col' eccessività del taglio. Reservata namque damnorum actio prout, et quatenus de jure eo tantum casu suffragari poterat, quo ex jure damna essent relucenda ob excessivam non solum respectu publicæ utilitatis, ac salutis, sed quoque respectu i Proprietari de Fondi arborum cessionem.
- 6 Et sane cum ob necessarium lignorum usum publice interessit, certe ac determinate cessionis arbores esse subjectas, ne, quam suppediant ad varios non minus utiles quam necessarios usus, materia deficiat, plures in id a Republicæ Moderatoribus late sunt leges, quas justam, ut excedere privatis nequeat, quia pœnam ad publicam vindictam lauat. Et fuit quidem Anselmum pecuniariam pœnam ob excessivam cessionis quantitatem sibi a lege præscriptam. Sed ab isto contra legem ex eam nequit inferri cessionis excessivitas per le ragioni de Proprietari de Fondi, si pateat prætergressum fuisse numerum exemptarum arborum. Quæ propter eam arbores cunctas emisset Anselmus, quæ in Sista dominio erant nella Mandria di Pantalla, potuit cunctas succidere, quia ex isto vel in minimum dici posset excessiva per le ragioni ipsius Sista. Peracta enim venditione desit Sista super distractis arboribus quaecumque jus habere.
- 7 Nec mulieri profuisset, in nullitate contractuum jus reportendi damna constituere. Etenim, cum de asserta nullitate

7  
te separatim pendebat iudicium, fas non erat Sixta, per  
viam exceptionis hodie eam nullitatem proponere, qua  
per modum actionis principalis in altero separato iudicio  
dignoscitur, uti docet *Ordo in Rom. Pae. 25. Febr. 1818.*  
*f. 8. cor. Emo Bussi, et in Realina Defalchi 26. Apr. 1809*  
*f. 5. cor. Emo Serlupi.* Fortius vero, quis Sixta damnata ex-  
poscerat non ob nullitatem contractuum, sed taxative ad  
formam Resolutionis Secretariae Status. Ex quasi contra-  
ctu igitur, qui a contestati lite oritur, titulus, pro quo  
damna fuerunt exposita imputari hodie nequit, *leg. si*  
*quis stipulatus sit et 2. de verb. obligat. gloss. in leg. 1. de*  
*divers., et tempor.*

Et ita ec. altera tantum ec. definitum est.

ROMAE MDCCCXXXIII.

Ex Typographia Reverendae Camerae Apostolicae

Superiorum Permissu.